

409.

Landgraf Heinrich einigt sich mit den Grafen Wittekind und Hermann von Battenberg wegen des Schlosses Kellerberg dahin, daß die Grafen dasselbe von dem Landgrafen zum Kunkellehen empfangen, ihm ihre Hilfe gegen alle seine Feinde zusagen und sich verbindlich machen, im Falle von Irrungen und Streitigkeiten mit seinen Burgmännern von seinen Gerichten Recht zu nehmen und zu geben, wogegen ihnen der Landgraf 200 Mark und noch weiter 10 Pfund jährlich als Burglehen auf das Schloß Marburg anweist. **Marburg, 122[8] März 5.**

Gedr.: Kuchenbecker, Erbhofämter der Landgrafschaft Hessen. Beilagen Lit. C, Seite 5 (nach dem Original).

Ann.: Die nur im Druck bekannte Urkunde mit 1227 gehört ins Jahr 1228, worauf auch Indiktion 1 hinweist. Zudem war im März 1227 der erst am 11. Sept. verstorbene Bruder Heinrichs, Ludwig IV., Landgraf von Thüringen.

H[einricus] dei gratia Thuringie lantgravius, Saxonie comes palatinus universis hoc scriptum intuentibus salutem et omne bonum. Universitati vestre notum facimus, quod comites de Battenberg Wittekindus et Hermannus nostri sunt et erunt auxiliores contra quoslibet, quodque nos eos tenere et adiuvere promisimus contra quoslibet ad
 15 iusticiam, et hoc ipsi iuramento confirmarunt, unde eis damus pecuniam ducentarum marcarum eisque concedimus in castrensi feodo x talenta danda in festo sancte Walpurgis et sancti Michaelis de officio villicationis nostre in Marbure, quicumque illud habuerit, ipsique in Marbure nostri erunt castellani et duos in vice sua ibidem habebunt castellanos, cum presentia eorum non est necessaria et absentia eorum potest tolerari, castrumque
 20 eorum dictum Kellerbere nobis in proprietatem dederunt et a nobis in feodo receperunt tali, scilicet ut hoc tam filie quam filii tam mulieres quam viri a nobis habeant perpetuo iure feudali. Igitur quidquid in Wettene bonorum in pignore habere se dicebant, unde eis x talenta solvebantur, nobis solutum dimiserunt. Item quaecumque rationem adversus nos de hereditariis bonis habuerunt, gratie nostre commiserunt, donec de eisdem bonis
 25 eis restaurum fecerimus, quod si facere distulerimus, cum sibi consimilibus, nostris videlicet liberis hominibus, nos amicabiliter debent admonere, ut eis vel restaurum faciamus vel bona libere dimittamus vel amicitiam sive iusticiam de eis exhibeamus. Sique aliqui nostri ministeriales aliquid dictorum hereditariorum bonorum habeant, nosque ea vel aliis bonis vel argento comparare velimus, eis presentibus et consociis hoc est faciendum. Ita
 30 tamen ut alia bona vel argentum pro aliis bonis datum nostri ministeriales ab eis in feodo recipiant, sicut et bona priora habuerunt. Preterea si adversum nos aliquid fecerint, quod nolint vel non possint infra sex ebdomadas ter replicatas nobis emendare, infra quartas sex ebdomadas Marbure intrabunt, inde non exituri nostro nisi argento et quidquid a nobis habent reddito, et sic a nobis penitus sint absoluti. Sique versa vice aliquid contra
 35 eos fecerimus et cum nos cum liberis hominibus nostris amicabiliter monuerint et nos vel nolimus vel non possimus intra vi ebdomadas ter replicatas cum eis componere, a nobis penitus sint absoluti. Item si ipsi adversum nostros castellanos vel ministeriales, sive nostri castellani vel ministeriales contra eos aliquid cause habuerint, pars una super alteram coram nostro iudicio debet componere et iusticiam exhibere vel accipere versa